



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

66 Cùm dissensio sit, à pluribus edita stabunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

DISTINCTIO LXVI.

A Reliepiscopus autem ab omnibus sua province Episcopo debet ordinari. a

C. I. g Ab omnibus suffraganeis suis Archiepiscopos ordinetur.

Unde Anicetus Papa in epist. ad Episcopos Gallie,

A Reliepiscopus 1 ab b omnibus sua province Episcopos ordinetur. & infra. 2 illud tamen, quod de Archiepiscopo consecratione praedictum est, arque praeceptum, id est, ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immitari licet, quia illis praest, ab omnibus Episcopis, quibus praest, debet constitui. Sin aliter presumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit ejus securus actio ordinatio.

1 ¶ Archiepiscopus] Hac prior pars in epistola ipsa, & apud ceteros collectores suis exponitur.

2 ¶ Hic in epistola cum mota aliis suis interjecta, tum c. epiprovinciales. sup. diff. 64.

De Episcopis autem non ordinandis à paucioribus, quam tribus Episcopis, Anacletus epist. 2 ad Episcopos Italiae scribit, dicens.

C. II. g Episcopus non minus quam à tribus Episcopis ordinetur.

P Orrò & c. Hierofolymitarum primus Archiepiscopus beatus Iacobus qui iustus dicebatur, & secundum carnem, Domini nuncipatus est frater, a Petro, Iacobó, & Joanne Apostolis est ordinatus, successoribus videlicet suis dominibus formam, ut non minus quam à tribus Episcopis, reliquaque omnibus assensum præbentibus, ullaatus Episcopus ordinetur, & communii voto ordinatio celebretur.

DISTINCTIO LXVII.

P Resbyteri vero, & Choropiscopi ab uno Episcopo ordinari possunt.

C. I. g Sacerdotes ab uno Episcopo possunt ordinari.

Unde Anacletus epist. 2 ad Episcopos Italie.

R Eliqui a sacerdotes a proprio ordinentur Episcopo, ita ut cives & alii sacerdotes assensum præbeant, & jumentane ordinationem celebrent. Similiter & diaconi ordinentur. Ceterorum autem graduuum distributione trium veracium testimonium, cum Episcopi scilicet approbatone, sufficere potest.

C. II. g De eodem.

Item in Hispanensi concilio secundo, c. 6. legitur.

2 E Piscopus sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest, solus auferre non potest.

DISTINCTIO LXVIII.

Q Veritus de illis, qui ordinantur ab his, quos non constat esse Episcopos, a finit iterum conferandi, an non.

Quod vero conferandi non sint, probatur auctoritate Gregorii, qui scribens Ioanni Ravennati Episcopo, lib. 2. epist. 32. ait.

C. I. g Semel consecratus, iterum consecrare non debet.

Sicut & semel baptizatus iterum baptizari non debet; ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum levi culpa ad sacerdotium venit, pro culpa penitentia indicabitur, & tamen ordo servari.

a Sic Justin. novel. 131. in prin. b Extra de tem. ord. c. si archiepiscop. Poly. l. 2. tit. 8. Ans. l. 6. c. 29. Burch. l. 2. c. 28. Ivo p. 5. cap. 139. Pann. lib. 3. cap. 10. c Idem reperitur in epist. Aniceti. Poly. ibid. Ans. l. 6. cap. 13. Burch. l. 2. c. 15. Ivo p. 5. cap. 139. Pann. lib. 3. cap. 17. d Poly. ibid. Ans. l. 6. cap. 13. 17. 9. 7. cap. 6. & ea. Episcopus c. 4. fnd. diff. 35. B. Poly. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 104. Pann. lib. 3. ca. 76. Ivo p. 6. c. 32.

C. II. g De presbyteris, qui ordinantur ab eo, quos constat Episcopus non fuisse.
Contra Gregorius III. ad Bonifacium Episcopum, epifl. 2. scriben. refutare.

P Resbyteri, quos ibidem reperiunt, si incogniti fuerint illi, qui b ordinant, & dubium est eos Episcopos fuisse, an non, qui eos ordinaverunt; si bona actionis, & catholicorum viri sunt ipsi presbyteri, & in ministerio Christi, omnique lege sancta edocti, ab Episcopo suis benedictionem presbyteratus suscipiant, & consercentur: & sic ministerio fungantur.

Quod ergo consecratus, in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat conferrandi jus habere. Qui autem ab illo consecratus, quem non constat jus conferandi habuisse, iterum consecrandus est: quia si ille conferrandi jus non habuit, iste ex olei effusione nil consecratus accipit. Et quia in ipso ordine consecratus non erat, nunc quasi primum ad consecrationem veniens ab Episcopo sacerdotali benedictionem & consecrationem consequitur. Secundum jus conferandi habuet, in prima uincione consecratus est consecrationem: in secunda vero non reiterated consecratio, sed solo uictio fieri de quo dubium est, anst baptizatus, vel non, debet baptizari: qui si prius baptizatus non fuerit, consequitur gravioris baptismi: si autem baptizatus erat: nihil accipit in secunda uincione: & ne per timet hoc ad reiterationem baptismi, sed ad cautelam salutis. Hoc & de ecclesiis conferrandis similiter observandum est.

C. III. g Non debet iterum consecrari ecclesiæ semel consecrata.

Unde in Nicano concilio legitur.

E Celestis d semel consecratis Deo non iterum debet consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exulta, aut sanguinis effusione, aut cuiuscunque feminis fuerint polluta: quia sicut infans a qualicunque sacerdote in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dicatus, est iterum conferrandus, nisi properas eas cauas, quas superius nominavimus: si tamen fidem sancte Trinitatis tenuerunt, qui eum consecrarentur.

2 pars. Inter Episcopos, & Choropiscopos autem hac est differentia, quod Episcopos non nisi in uiciis tribuant, Choropiscopi etiam in vicis ordinari possunt. Episcopi formatas tribuant, Choropiscopi non nisi commendatis, & pacifici dare valent. Episcopi jus conferrandi habent, Choropiscopi tantum minores ordines tribuant, leviores autem, & sacerdotalem benedictionem non valent prestatre.

C. IV. g In quibus Choropiscopi ab Episcopis differant.

De his ita scribit Leo I. ad Episcopos Germania, & Gallie, epifl. 86. al. 28.

Q Vamvis e Choropiscopis, & Presbyteris plurima cum Episcopis ministeriorum communis sit dispositio, quadam tamen auctoritate veteris legis, quadam novellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita noventur: sicut est presbyterorum & diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel unctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec ecclesiæ vel altaria consecrare licet, nec per impositionem manuum, fidelibus baptizatis, f vel conversis hereticis g paracletum spiritum sanctorum tradere, nec christiana confidere, nec christiane baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in Missa quemquam penitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc enim omnia illicita sunt Choropiscopis

a Ans. l. 7. c. 110. Ivo p. 6. c. 117. b à quibus fuerint ordinati.] orig. c lotion. d De consecra. diff. 2. c. ecclæ. e Ivo p. 6. c. 172. Ans. l. 7. c. 122. Poly. l. 4. tit. 26. f baptizandi.] orig. & Ivo. g ex baref.] orig.